

# PRECISIONS I NOUS DOCUMENTS SOBRE ELS PINTORS BORRASSÀ (SEGLES XIV-XV)

PER

JOSEP CLARA

En la història de l'art català medieval és ben coneguda i ponderada l'activitat i la significació de la dinastia de pintors que dugué el cognom Borrassà. Però més enllà del gran esforç realitzat per Josep M. Madurell, per tal d'aplegar i sistematitzar les notícies documentals referides a Lluís Borrassà i a la seva nissaga<sup>1</sup>, és evident que resten molts punts foscos sobre la personalitat d'aquests artistes gironins.

Amb l'aportació d'una documentació inèdita, procedent dels arxius de la ciutat de Girona, podem avui oferir noves dades biogràfiques i de l'activitat professional d'aquesta família de pintors, les quals notícies permeten de corregir errors que s'han repetit massa sovint i d'ampliar també els coneixements sobre l'art català medieval.

## *Foixà, el lloc d'origen*

Primerament apuntem que la família Borrassà no era originària de la ciutat de Girona, com s'ha dit algunes vegades<sup>2</sup>, sinó que tenia les arrels a la població baixempordanesa de Foixà. Tant Guillem Borrassà I com Guillem Borrassà II hi fan referència a l'hora d'expressar llur darrera voluntat.

<sup>1</sup> J.M.<sup>a</sup> MADURELL MARIMÓN, «El pintor Lluís Borrassà. Su vida, su tiempo, sus seguidores y sus obras», dins *Anales y Boletín de los Museos de Arte de Barcelona*, VII (1949).

<sup>2</sup> C. RAHOLA, *La ciutat de Girona*, Barcino, 1929, vol. II, p. 87. La presència de Guillem Borrassà I a Girona és documentada des del 1360, en què residia a «lo carrer ab la traversa que comença al portall de na Clara tro al portal de les Belesteries ab la traversa que puja tro a les rexes de sant Faliu». Cfr. L. BATLLE, «Los funerales de Pedro el Ceremonioso en Gerona», dins *Analecta Sacra Tarragonensis*, XVII (1945), p. 140.

Guillem Borrassà I, en el codicil testamentari del 1389, deixa a Cília, filla del batlle de Foixà i de Guillelma, neboda del pintor, 10 lliures per al casament. Per la seva banda, Guillem Borrassà II fa una deixa de 20 sous a l'església de Foixà per misses a bé de l'ànima pròpia i la dels seus<sup>3</sup>.

Una altra referència anterior, corresponent al dia 30 de maig de 1351, confirma l'assentament a Foixà. El bisbe Berenguer de Cruilles fa poders a Ponç Arnau de Foixà i a Pere Borrassà, de la casa de Bernat Guillem de Foixà, perquè tractin amb el rei Pere el Cerimoniós un compromís sobre les qüestions que té amb l'infant Ramon Berenguer, comte d'Empúries<sup>4</sup>.

### *Guillem Borrassà I*

Considerat el primer pintor de la dinastia, Guillem Borrassà I era casat amb Bonanata i, d'acord amb el testament que atorgà el 25 de novembre de 1388, només tenia dos fills: Lluís, el pintor del gòtic internacional, i Caterina, casada amb el sastre Pere Escarich.

La seva muller Bonanata va morir el 25 de juny de 1400, i en aquesta data consta que era vídua<sup>5</sup>.

No és cert, doncs, que Guillem Borrassà I —com afirma Madurell i reproduceix P. Freixas<sup>6</sup>— estigués casat amb Margarida i tingués els set fills que li atribueixen. La confusió, com veurem més endavant, té com a origen Guillem Borrassà II, nebot de Guillem Borrassà I, els fills del qual són atribuïts al primer pintor de la nissaga.

Lluís Borrassà es casà amb Caterina Coral, filla del barber Francesc Coral, de Girona. El 1389 consta que tenien una casa «in vico Galea, àlias de la plasse»<sup>7</sup>.

### *Guillem Borrassà II*

Era el pare de Francesc, Guillem, Asbert, Joan, Margarida i Pere, i

<sup>3</sup> Vegeu els apèndixs I i III.

<sup>4</sup> J.M<sup>a</sup> MARQUÈS, *Pergamins de la mitra (891-1687)*. Girona, Institut d'Estudis Gironins, 1984, p. 103.

<sup>5</sup> Arxiu Diocesà de Girona (=ADG), *Confraria de Sant Narcís. Dones. 1400*.

<sup>6</sup> J.M<sup>a</sup> MADURELL, op. cit., ps. 12 i 15. P. FREIXAS, *L'art gòtic a Girona. Segles XIII a XV*. Girona, Institut d'Estudis Gironins, 1983, p. 334.

<sup>7</sup> Arxiu Històric Provincial de Girona (=AHPG), notaria 10<sup>a</sup> de Girona (G. de Dons), núm. 34.

## ...NOUS DOCUMENTS SOBRE ELS BORRASSÀ

estava casat amb Margarida. El seu testament del 1391, malgrat les dificultats per llegir-lo, derivades de la conservació deficient del document, permet de diferenciar-lo clarament de l'artista anterior<sup>8</sup>.

Els seus fills Asbert i Joan van ser tonsurats el 1388 i el 1398. El darrer ho fou quan Guillem Borrassà II ja era mort<sup>9</sup>.

La seva esposa Margarida testà el 1429, i en el testament esmenta i fa hereu Asbert Borrassà<sup>10</sup>.

### *Francesc Borrassà*

L'hereu de Guillem Borrassà II fou també pintor, i el 1411 actuà dins el consell municipal com a jurat de la mà menor.

Del seu matrimoni amb Caterina nasqueren quatre fills: Pere, Margarida, Jaume, que va ser pintor, i Joaneta. Casat en segones núpcies amb Margarida, vídua de Guillem Onyar, paraire de Ilana, tingué tres fills més: Honorat, Caterina i Brígida.

Va morir el 1427. La seva segona muller, Margarida, va fer testament el 1440<sup>11</sup>, la qual cosa indica que era molt més jove.

Entre les realitzacions artístiques de què s'encarregà, podem assenyalar el retaule de la Santa Creu de Peralada, contractat el 1403<sup>12</sup>.

### *Jaume Borrassà*

Fill del primer matrimoni de Francesc Borrassà, Jaume Borrassà destacà també com a pintor i es casà amb una filla de la seva madastra: Caterina, filla de Guillem Onyar, paraire, i de Margarida.

Va contractar la realització d'un retaule dedicat a Santa Caterina, el qual va ser acabat el 1431 per Joan Antigó<sup>13</sup>, ja que Jaume Borrassà havia mort abans.

<sup>8</sup> Vegeu l'apèndix III. Segons la talla municipal de l'any 1388 vivia a «lo portal d'en Sampson fins al portal demunt les Balesteries». En canvi l'altre Guillem Borrassà, el que anomenem Guillem Borrassà I, vivia «lo portal qui parteix de les Balesteries fins a l'alberch d'en Roquin».

<sup>9</sup> ADG, *Regestrum tonsurarum*, T 277, folis 19 i 71 v.

<sup>10</sup> Vegeu l'apèndix IV.

<sup>11</sup> Vegeu l'apèndix V.

<sup>12</sup> AHPG, notaria 10<sup>a</sup> de Girona (B. Nadal), núm. 7.

<sup>13</sup> AHPG, notaria 7<sup>a</sup> de Girona (A.B. Ferran), núm. 89. Antigó va ser l'autor del famós retaule de la Verge de l'Escala, conservat al monestir de Banyoles. Cfr. P. FREIXAS, *L'art gòtic a Girona*, ps. 180-182.


*Honorat Borrassà*

Va néixer cap al 1425 i morí el 1457. Aquestes dades recolzen en els fets següents. El 31 de març de 1431 va ser tonsurat<sup>14</sup>, la qual cosa volia dir que tenia de 5 a 7 anys. El 16 de gener de 1458, Francina, la seva esposa, era ja vídua i féu capitols matrimonials amb Pere Costa, escrivà de Girona<sup>15</sup>.

El 1453 rebé 12 lliures de Margarida de Corbera i de Campellong, senyora del castell de Púbol, de 25 que n'hi devia per un treball que no és especificat<sup>16</sup>.

El 1454 fou jurat de la mà menor.

El novembre de 1456 contractà el retaule de l'altar major de Sant Pere de Juià<sup>17</sup>. El 22 de febrer de 1457 Francina, la seva ex-esposa, cobrà 100 florins per la pintura d'aquest retaule<sup>18</sup>.

*Descendència de Guillem Borrassà I*

<sup>14</sup> ADG, T 27, foli 11.

<sup>15</sup> AHPG, notaria 3<sup>a</sup> de Girona (A. Arnau), núm. 85.


<sup>16</sup> AHPG, notaria 6<sup>a</sup> de Girona (N. Masdevall), núm. 181.

<sup>17</sup> AHPG, notaria 3<sup>a</sup> de Girona (A. Arnau), núm. 133.


<sup>18</sup> AHPG, notaria 3<sup>a</sup> de Girona (A. Arnau), núm. 80.

...NOUS DOCUMENTS SOBRE ELS BORRASSÀ

*Descendència de Guillem Borrassà II*



1<sup>a</sup> Margarida = 2<sup>a</sup> Margarida



*Final*

Amb totes aquestes notícies i els documents de l'apèndix hem refet la genealogia de la família Borrassà, desglossada al quadre I en dues parts: els descendents de Guillem Borrassà I, entre els fills del qual hi ha Lluís Borrassà, i els de Guillem Borrassà II, que eren presentats erròniament com a germans de Lluís. A la vegada hem anotat alguna realització dels diversos pintors que encara no havia estat documentada. Pensem que és una manera d'avançar en el coneixement de la nostra història de l'art, la qual a part dels estudis d'interpretació ha de recolzar en fets reals.

APÈNDIX DOCUMENTAL

I

1388 novembre 25. Girona  
AHPG, notaria 1<sup>a</sup> de Girona  
(Pere des Pont), núm. 268 bis.

*Testament de Guillem Borrassà I*

In nomine domini nostri Ihesu Christi, qui de sinu patris descendens in utero virginali incarnari voluit et demum in crucis patibulo mortem pati, et qui sua solita pietate neminem vult perire immo omnes in se sperantes salvat et ad gaudia paradisi feliciter perducit amen. Ego, Guillelmus Borraciani, pictor, maior dierum, civis Gerunde, licet egritudine sim detentus, de qua morte mori timeo corporali in meo tamen pleno sensu et firma loquela existens, meum condo, facio et ordino testamentum, in quo meos pono et eligo manumissores et huius mei testamenti executores, videlicet, Ludovicum, filium meum, Bonanatam, uxorem meam, et Caterinam, filiam meam, ac Guillelmum Borraciani, pictorem, nepotem meum sive «nebot». Quibus, et duobus eorum insolidum, plenam dono et confero potestatem petendi, exigendi et recipiendi omnia et singula mea bona atque iura et ea vendendi et alienandi cum incantu et sine, et emptorem ac emptores in corporalem possessionem rei vendite inducendi et instrumenta vendicionum, apoccharum et aliorum contractuum firmandi, fines et absoluciones ac diffiniciones faciendi cum pacto de ulterius aliquid non petendo, et procuratorem et procuratores tam ad negotia quam ad lites ante litem contestatam et post constituendi et eos revocandi, necnon causam et causas movendi, ducendi, agendi et defendendi, prosequendi et sine debito terminandi, comprehendi et experiendi et alia faciendi que in contractibus requiruntur, necnon omnia et singula in presenti testamento iusta et legata solvendi et distribuendi et quecumque alia faciendi que ego facere posem, si tunc viverem et adessem. In primis et ante omnia volo et mando iniurias meas restitui et debita mea persolvi simpliciter et de plano ac sine lite. Et eligo sepulturam corpori meo fiendam in cimenterio ecclesie sancti Felicis Gerunde, cuius ecclesie cruci maiori dimito, pro iure mee sepulture, quatuor solidos. Item, dimito pro missis in eadem ecclesia pro anima mea celebrandis, quinquaginta solidos. Item, dimito pro elemosina Christi pauperibus eroganda, decem solidos. Item, dimito cuilibet ordinum fratrum minorum, predicatorum, mercedis et de Carmelo Gerunde, pro missis in eorum ecclesiis pro anima mea celebrandis, decem solidos. Item, dimito pauperibus hospitalis novi Gerunde amore Dei, decem solidos. Item, dimito pro iniuriis oblitis, viginti solidos, de quibus dentur decem solidi bacino pauperum verecundancium sancti

...NOUS DOCUMENTS SOBRE ELS BORRASSÀ

Felicis, et residui decem solidi dentur pueris pauperibus maritandis. Item, dimito operi dicte ecclesie sancti Felicis, decem solidos. Item, dimito dominabus sancte Clare ut orent Deum pro anima mea, decem solidos. Item, lego Caterine, filie mee, iure institutionis, viginti quinque libras ad omnes suas voluntates inde faciendas in quibus eam mihi heredem instituo. Item, recognosco dicte Bonanate, uxori mee, suam dotem prout continetur in instrumentis nuptiarum inter me et ipsam confectis. Et dimito eam dominam et potentem de omnibus bonis meis una cum herede meo infrascripto et sine eo quamdiu vitam duxerit in humanis et casta vivat ac sine viro. In omnibus vero aliis bonis meis, mobilibus et immobilibus, iuribus et actionibus meis, presentibus et futuribus, preter ea de quibus superius sum testatus, instituo et mihi heredem facio dictum Ludovicum, filium meum, ad omnes suas voluntates inde libere faciendas. Et hec est mea voluntas ultima, quam laudo, approbo, ratifico quamque valere volo iure mei ultimi testamenti, que si non valet aut non valebit iure testamenti, saltem volo eam valere iure codicillorum aut alterius cuiuscumque mee ultime voluntatis quo melius de iure valere possit et tenere.

Testes huius testamentii vocati et rogati sunt Petrus Escarich, sartor, Franciscus Cassani, lapicida, Poncius Saurini, panyaterius, Guillelmus Rovira, jubaterius, Arnaldus Valsegura, fusterius, Arnaldus Pastelli, jubaterius, et Franciscus Morgan, moras pro santore Gerunde.

Actum est hoc Gerunde, die XXV dictorum mensis et anni.

II

1388 novembre 27. Girona

AHPG, notaria 1<sup>a</sup> de Girona

(Pere des Pont), núm. 268 bis.

*Codicil al testament de Guillem Borrassà I*

In nomine Domini nostri Ihesu Christi Amen. Cum unicuique ante sui obitum licitum sit suam ultimam voluntatem mutare et ei addere et substraere pro sue libito voluntatis, ea propter, ego, Guillelmus Borraciani, maior dierum, pictor, civis Gerunde, sciens et attendens me XXV die presentis mensis in posse subscripti notarii meum condidisse ultimum testamentum in quo plura legata et ordinaciones et etiam heredis institutionem feci, et in quo etiam plures constitui manumissores, nunc autem per presentem meum codicillum addo eisdem meis manumissoribus et meum instituo manumissorem ipsius testamenti Petrum Scarich, sartorem, generum meum, volens ipsum habere talem potestatem quem attribui manumissoribus meis dicti mei testamenti. Ulterius volens

addere dicto meo testamento, lego pro missis in ecclesia sancti Felicis Gerunde pro mea anima celebrandis ultra alios quinquaginta solidos (...). Item, dimito pro missis celebrandis die qua fiet caput anni pro anima mea, quinquaginta solidos. Item, volo quod fiat unum trentenarium missarum vocatarum de «sent Amador» pro anima mea, pro quo fiendo dimito tres florenos. Item, dimito Cilie, filie bajuli de Fuxiano, et Guillelme, eius matris neptisque mee sive «neboda», in auxilium mari-tandi, decem libras. Item, dimito cuilibet ordinum fratrum minorum, predicatorum, de Carmeli et dominabus sancte Clare, decem solidos ultra illud legatum (...) cuilibet (...). Item, addo legato fiendo dicte Catherine, filie mee, in dicto testamento centum solidos, quos comendatum habere quos dedi tempore nupciarum ad omnes suas voluntates. Item, dimito Cristine mecum moranti amore Dei, viginti solidos. Item, dimito cuilibet meorum manumissorum dicti mei testamenti et presentis codicilli ipsa manumissoria utenti, decem solidos. Item, volo et mando dari de bonis meis domine Blanche, pictora, quinquaginta solidos. Cetera autem in dicto meo testamento contenta approbo, atque firmo. Hec est enim mea voluntas ultima, quam laudo, approbo atque firmo, et valere volo iure codicillorum meorum vel alterius cuiuslibet mee voluntatis ultime, prout melius de iure debeat et possit tenere et valere.

Testes horum codicillorum sunt vocati et rogati Poncii Saurini, panyaterius, Guillelmus Rovira, Arnaldus Pastelli, jubaterii, Franciscus Morgan, morans pro sartore Gerunde, et Bernardus Oliveda, de Palaciolo de Rivitis.

Actum est hoc Gerunde XXVII die dictorum mensis et anni.

### III

1391 octubre 27. Girona  
AHPG, notaria 11<sup>a</sup> de Girona  
(N. Simon), núm. 11.

#### *Testament de Guillem Borrassà II*

In Christi nomine etc. Ego, Guillelmus Borrassani, pictor, civis Gerunde, jacens infirmus, in meo bono sensu etc., facio et ordino meum testamentum, in quo pono manumissores meos videlicet Petrum Arnaldi, presbiterum de capitulo, Bernardum Mogeschi, clericum, Bernardum Martí, barberium Gerunde, et Margaritam, uxorem meam, quibus, tribus et duobus eorum, insolidum, dono et concedo plenum posse, etc.

In primis jubeo debita mea etc. Et eligo sepulturam meam in cimenterio claustrī beati Martini de Costa Gerunde, et dimitto iure mee sepul-

ture cruci dicti ecclesie quinque solidos. Item, dimitto pro missis in dicta ecclesia celebrandis pro anima mea etc. noticie, in die sepulture mee et (...), quinquaginta solidos barcinonenses. Item, pro elemosine Christi pauperibus eroganda die mee sepulture noticie etc., alias quinquaginta solidos. Item, dimitto pro missis celebrandis in ecclesia sedis Gerunde, noticie, etc., viginti solidos. Item, in ecclesia sancti Felicis, decem solidos. Item, in monasterio fratrum predicatorum, minorum et de Carmelo, in quolibet, decem solidos. Item, beate Marie captivorum, quinque solidos. Item, dominabus sancte Clare, quinque solidos. Item, hospitali novo Gerunde, decem solidos. Item, in ecclesia de Fuxano pro anima mea et parentum meorum et pro missis, viginti solidos. Item, dimitto confratrie beate Marie (...) et beati Narcissi pro (...).

Item, dimitto Petro, filio meo, pro hereditate et legittima paterna qualicumque alio iure sive pertinenti in bonis meis, quinquaginta quinque libras Barchinone, de quibus emanunt redditus cum vel sine instrumento gracie et post eius obitum revertantur dicte quinquaginta quinque libre heredi meo infrascripto, exceptis viginti libris de quibus possit testari et suas facere voluntates et in quibus ipsos instituo heredes. Item, dimitto Guillelmo, Asberto et Johanni, filiis meis, iure institutionis et pro hereditate et legittima, cuilibet eorum, duos mille solidos in quibus ipsos heredes mihi instituo. Et si aliquis seu aliqui ipsorum Guillelmi, Asberti et Johannis decesserint seu aliquis ipsorum decesserit infra pupilarem etatem, vel postea quandocumque sine prole legittima et naturali, vel cum prole, etc. non veniente ad etatem condendi testamentum, lexia illius sic morientes seu morientium et revertatur superviventibus seu supervivent ex ipsis et filiabus meis equis partibus, exceptis quod ille sic moriens possit in omni casu testari et suas facere voluntates de quingentis solidis Barchinone, et si omnes decesserint, ut est dictum, revertatur heredi meo infrascripti iuxta modum predictum. Item, dimitto Margarite et Caterine, filiabus meis, et utrique earum, pro hereditate et legittima paternis et maternis et alio iure, tres mille solidos Barchinone, et si ipsarum ambe seu altera ipsarum decesserint seu decesserint infra pupilarem etatem vel postea quandocumque sine prole legittima et naturali vel cum prole, etc. non venienti ad etatem condendi testamentum, lexia huiusmodi ipsarum sic morientium seu alterius ipsarum sic morientis revertatur inter omnes infantes meos superius nominatus equis partibus tamen inde nihil reverteretur dicto Petro, filio meo, casu quod esset in sacris ordinibus constituto. Item, dimitto pergnatui dicte uxoris mee, si pregnans est (...), et cuilibet alteri infantи meo nascituro pro hereditate, etc. cuilibet quinquaginta libras Barchinone in quibus heredes mihi instituo.

In omnibus vero aliis bonis meis, mobilibus et inmobilibus, preter ea de quibus superius sum testatus, facio et instituo heredem meum universalem Franciscum, filium meum et dicte uxoris mee, si vixerit tempore mortis mee, et si non vixerit, vel vixerit et heres meus non erit, vel erit et decesserit quandocumque sine prole legittima et naturali non venienti ad etatem condendi testamentum, substituo et heredem meum facio dic-

tum Guillelmum, si vixerit et in sacris ordinibus non fuerit constitutus, et si non vixerit, vel vixerit aut in sacris ordinibus fuerit constitutus et heres meus non erit, vel erit et decesserit quandocumque cum prole vel sine prole etc., substituo et heredem meum facio dictum Asbertum sub similibus condicionibus et substitutionibus, et si dictus Asbertus fuerit in sacris ordinibus constitutus aut non vixerit, vel vixerit et decesserit, ut est dictum, (...) substituo et heredem facio dictum Johannem sub similibus vinculis et substitutionibus, et postdictum Johannem, Margaritam, filiam, et post dictam Margaritam, Caterinam, filiam meam predictam, et post dictam Caterinam, dictum Petrum, filium meum, ad suas voluntates. Preterea dono et constituo aliis infantis meis et omnibus eis in pupillari etatem constitutus dictam Margaritam, uxorem meam, dum casa vixerit et sine viro, et si ipsa duceret virum aut decederet antequam sint in estate dono illis etc. in tutorem etc. dictum Bernardum Mogeschi, clericum, mandans, etc.

Et hoc est, etc.

Testes vocati et rogati huius testamenti sunt Petrus de Camonibus, Gabriel Ruvirola, Petrus Oliva, carderii, Guillelmus Arnaldi, mercator, Franciscus Cot, mercator, Johannes Torra, sartor, Vital Valls, scriptor Gerunde.

Actum Gerunde, veneris XXVII die, mensis octobris anno predicto.

#### IV

1429 juny 25. Girona

AHPG, notaria 4<sup>a</sup> de Girona

(B. Ferrer Sa Sala), núm. 202.

#### *Testament de Margarida, dona de Guillem Borrassà II*

Testamentum domine Margarite, uxoris Guillelmi Borrassani, quondam, pictoris, civis Gerunde.

In Christi nomine, qui sua solita pietate neminem vult perire immo omnes in se sperantes salvat et custodit et ad perobtata paradisi gaudia feliciter perducit. Ego, Margarita, uxor Guillelmi Borrassani, quondam, pictoris, civis Gerunde, aliquali infirmitate detenta, de qua me mori morte timeo corporali in meoque bono sensu plenaque memoria et loquela persistens, meum condo, facio et ordino testamentum in quo meos pono et eligo manumissores et huius mei testamenti executores, videlicet, Azbertum Borrassani, filium, Petrum Montanerii, nepotem sive «nebot» meos (sic), discretum Johanni Pellicerii, presbiterum beneficium in ecclesia sedis Gerunde, et Bernardum Fàbregua, paratorem pan-

...NOUS DOCUMENTS SOBRE ELS BORRASSÀ

norum Gerunde. Quibus manumissoribus meis omnibus insimul et tribus et duobus sorum in solidum, de quibus sit unus dictus Azbertus Borrassani, filius meus, dono et confero plenum posse petendi, exhibendi, recipiendi et habendi omnia et singula bona et iura mea, et faciendi apocham et apochas de receptis.

(Segueixen tres fulls en blanc)

In omnibus vero aliis bonis meis, mobilibus et immobiliis, iuribus et accionibus meis, presentibus et futuris, ubique sint et michi pertineant qualitercumque preter ea de quibus superius sum testata, instituo et facio michi heredem meum universalem dictum Azbertum Borrassani, filium meum, ad omnes suas voluntates inde libere faciendas. Et hec est mea ultima voluntas, quam laudo et firmo quamque volo valere iure testamenti, que si non valet, valeret vel valebit iure testamentum saltem volo quod valeat iure codicillorum vel alio quoniam iure huius me ultime voluntatis quo melius valere poterit et tenere. Actum est hoc Gerunde, die vicesima quinta mensis junii, anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo nono. Sig+num Margarite, uxoris dicti quondam Guillelmi Borrassani, testatrixis predicte, que hoc meum testamentum firmo et laudo.

Testes vocati et rogati huius testamenti sunt Bernardus Ricart, mercator, Johannes Creus, barberius, Ffranciscus Adroerii, Michael Jacobi, curritores phelpe, Jacobus Falconi, Azbertus Falconi et Guillelmus Petrus Rocha, Gerunde.

V

1440 febrer 2. Girona

AHPG, notaria 4<sup>a</sup> de Girona

(B. Ferrer Sa Sala), núm. 204.

*Testament de Margarida, muller de Francesc Borrassà*

Testamentum domine Margarite, uxoris Ffrancisci Borrassani, quondam, pictoris, civis Gerunde.

In Christi nomine. Qui sua solita pietate neminem vult perire immo omnes in se sperantes salvat et custodit et ad perobtata paradisi gaudia feliciter perducit. Ego, Margarita, uxor Ffrancisci Borrassani, quondam, pictor, civis Gerunde, infirmitate detenta, de qua me mori morte timeo corporali, in meo tamen bono sensu plenaque memoria et firma loquela persistens, meum condo, facio et ordino testamentum, in quo meos pono et eligo manumissores et huius mei testamenti executores, scilicet, discretum Petrum Gilaberti, scriptorem Curie Regie, et Johannem Antigoni, pictorem, cives Gerunde, generos meos, Honoratum Borrassani,

pictorem, filium meum, Caterinam, uxorem dicti Johanni Antigoni, et Brigidam, uxorem dicti discreti Petri Gilaberti, filias meas. Quibus manumissoribus meis omnibus quinque insimul, quatuor, tribus et duobus eorum insolida, de quibus sit semper unus dictus Honoratus, filius meus, dono et confero plenum posse petendi, exigitendi, recipiendi et habendi omnia et singula bona et iura mea, et faciendi apocam et apocas de receptis. Et fines, definitioes et absoluciones generales et speciales, et pacta de ulterius non petendo. Necnon compositiones, transacciones, avinencias et pacciones et iurum et accionum mearum quibuslibet, et titulo quo voluerit, cessiones. Et vendendi et alienandi omnia et singula bona et iura mea, tam mobilia quam inmobilia, cum encanto vel sine, et cum subastacione curritoris vel sine, et illis persone seu personis et pro illis precio seu preciis et pecunie quantitate seu quantitatibus, et sub illis viis, modis, formis, pactis et condicionibus quibus et prout ipsis placuerit et videbitur faciendum. Et emptore seu emportores predictorum in corporalem possessionem seu quasi ponendi, mitendi et inducendi. Et precium seu precia inde habendum seu habenda recipiendi et habendi. Et inde apocam et apocas faciendi et firmandi. Et dandi, diffiniendi et remitendi ipsis emptori seu emporibus si et quicquid plus valet seu valebunt, ea que vendiderunt precio seu preciis inde habendo seu habendis. Et proinde renunciandi legi, qua deceptis ultra dimidium iusti precii subvenitur, et omni legum auxilio. Et ipsis emptori seu emporibus de et pro eviccione et interesse predictorum reliqua bona et iura mea obligandi. Et instrumentum et instrumenta vendicionum alienacionum et aliorum quorumcumque contractum faciendi fieri et firmandi cum illis obligacionibus, promissionibus, eviccionibus, paccionibus, renunciaciōnibus, cessionibus, cursibus, clausibus et cautelis necessariis et etiam opportuniis iusque super bonis meis firmandi eaque proinde obligandi querimonias et retroquerimonias exponendi, componendi, transhigandi et paciscendi et compromittendi. Et arbitrio boni viri et eius recursui et omni appellacionis remedio renunciandi vel, si voluerit recurrenti. Et quascumque causas et lites ducendi. Et procuratorem vel procuratores, actorem et actores unum et plures semel et plures simul vel successive in solitum substituendi, quibus possint illam, quam voluerint, attribuero potestatem. Et eum vel eos removendi et revocandi tocens quo ciens voluerint. Et omnia alia et singula liberi faciendi, et exercendi in predictis et circa ea, que et prout ego facere possem, si viverem et presens essem. Et hoc meum testamentum exequendi et complendi prout hic scriptum iuvenerint ac etiam ordinatum. In primis et ante omnia volo, iubeo atque mando omnis iniurias meas et omnia debita mea si que apparuerint in fine meo de bonis meis restituvi et persolvi simpliciter et de plano et sine strepitu iudicario et figura, ad cognitionem dictorum meorum manumissorum. Elico autem meo corpori sepulturam in claustris ecclesie monasterii sancti Martini de Costa Gerunde, in tumulo dicti quandam mariti mei. Item, dimitto cuilibet ecclesie monasteriorum fratrum predicatorum, fratribus minorum, beate Marie de Carmelo et beate Marie Mercedis capti-

...NOUS DOCUMENTS SOBRE ELS BORRASSÀ

vorum et dominabus sancte Clare Gerunde amore Dei, cuilibet ecclesie dictorum monasteriorum, duodecim denarios barchinonenses de terno. Item, dimitto Elemosine panis sedis Gerunde amore Dei, duodecim denarios dicte monete. Item, dimitto et volo quod diebus mee sepulture et absolucionis meo corpori fiendorum dicantur in dicta ecclesia dicti monasterii sancti Martini de Costa in utroque ipsorum duorum dierum tres missas, pro caritate cuiuslibet ipsarum missarum dimitto duodecim denarios dicte monete. Item, dimitto iure institutionis utrique dictarum Caterine et Brigitte, filiarum mearum, quindecim solidos dicte monete, in quibus que dictis filiabus meis lego ipsas michi heredes instituo scilicet quamlibet earum in suo legato. Volo tamen et ordino quod in casu quo dicta Brigitte, filia mea, obierit quandocumque sine prole legitima et naturali, vel cum prole legitima et naturali que non pervenerit ad etatem condendi testamentum, in his casibus et quolibet ipsorum dicta Brigitte, filia mea, ex dote sua comprehensis illis viginti quinque libris quas sibi suarum temporem nuptiarum dedi ad suas voluntates possit de tres centis florenis facere testamentum et suas voluntates. Et totum residuum ipsius quantitatis peccunie sue dotis revertatur et perveniat meu heredi universalis subscriptio. Item, dimitto iure institutionis cuilibet nepotum et neptum sive «nèts e nétes» meorum et mearum, tam nasci quam nascituris, qui et quibus vixerit tempore mortis mee, scilicet, cuilibet ipsorum et ipsarum, quinque solidos dicte monete, in quibus que dictis nepotibus et neptibus meis sive «nèts e nétes» lego ipsos et ipsas michi heredes instituo, scilicet, quemlibet et quamlibet ipsorum et ipsarum in suo legato. Item, dimitto Margarite, uxoris Johannis Puig, sartoris Gerunde, et Johanne, uxoris Bernardi Fàbregua, paratoris Gerunde, filiastris meis, utrique ipsarum decem solidos dicte monete.

In omnibus vero aliis bonis meis, mobilibus et inmobilibus, iuribus et accionibus meis, presentibus et futuris, ubique sint et michi pertineant qualitercumque preter ea de quibus superius sum testata, instituo et facio michi heredem meum universalem dictum Honoratum, filium michi (sic) et dicto quondam Ffrancisco Borrassani, marito meo, comunem, legitimum et naturale ad omnes suas voluntates. Volo tamen et ordino quod in casu quo dictus Honoratus, filius meus, decesserit quandocumque sine prole legitima et naturali, vel cum prole legitima et naturali que non pervenerit ad etatem condendi testamentum ex hereditate et bonis meis reventantur et perveniant centum libre barchinonenses de terno predite Brigitte, filie mee, si tunc vixerit. Revocans cum presenti omnia alia testamenta et codicillos per me hucusque factos presenti testamento dum taxat in suo robore permanent. Et hec est mea ultima voluntas quam laudo et firmo quamquamque valere volo iure testamentum. Et si non valet, valeret vel valebit iure testamentum, saltem volo quod valeat iure codicillorum vel alio quonis iure sive mee ultime voluntatis, quo melius de iure valere poterit et tenere. Actum est hoc Gerunde, die secunda mensis febrero, anno a nativitate Domini millesimo quadragesimo quadragesimo. Sig+num Margarite, testatrixis predicte, que hoc meum testamentum firmo et laudo.

J. CLARA

Testes vocati et rogati huius testamenti sunt venerabilis Bernardus de Vilarmau, mercator, Narcissus Straderii, Petrus Angeli, argenterii, cives, Michael Galí, Petrus Vicens, Johannes Domenge, sartores, et Bernardus Johannis, scriptor, comorantes Gerunde.